

# Neues Archiv

der

**Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde**

zur

**Beförderung einer Gesamtausgabe**

**der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters.**

— — — — —

**Achtzehnter Band.**

— — — — —  — — — — —

**Hannover und Leipzig.**

**Hahn'sche Buchhandlung.**

**1893.**

XVI.

Beschreibung

einer

Handschrift der Stadtbibliothek  
zu Reims.

Von

W. Wattenbach.

---

Die uns mit sehr dankenswerther Bereitwilligkeit auf unsern Wunsch zugesandte Hs. der Stadtbibliothek zu Reims, 1043. 743, vom ausgehenden 13. Jh., deren ich in meiner Mittheilung im N. A. XVII, S. 351 gedachte, enthält einen buntgemischten Inhalt verschiedener Stücke, welche auch auf einem vorne einghefteten Doppelblatte im 15. Jh. verzeichnet sind. Obgleich ich dieselben, vollauf mit den genauer durchgenommenen Versen und Briefen beschäftigt, leider nur oberflächlich anmerken konnte, scheint es mir doch nicht überflüssig, sie hier zu verzeichnen.

Fol. 1. Inc. Vita Pylati. 'Regibus olim — vendicavit.'

Fol. 2. Inc. Vita Iude Scarioht. 'Pater Iude — habere poteris.'

Fol. 3. Inc. prophecie Hildegaldis. 'Phillippus decanus — interim subtraxi.'

Fol. 5. (Vorne als 'Exempla multa' bezeichnet.) 'Quidam de Thebeis fratribus — finivit vitam suam.' Ein Stück 'De gallo qui dum quereretur escam . . .' ist unten mit 'Ezopus' bezeichnet, aber das letzte ist aus damals ganz neuer Zeit: 'De duobus fratribus Minoribus qui ibant de una domo in aliam ad visitandum fratres et ad spaciandum, qui erant bene vestiti et calciati, quibus beatus Franciscus obviavit et eos crudeliter redarguit et quicquid portabant eis abstulit, qui adhuc vivunt et adhuc curvi incedunt.'

Fol. 15. De assumptione b. Marie. 'Cum vobis de vita prophetarum — magnalia Dei. Qui — amen.'

Fol. 16. De b. Maria Magdalena. 'Maria stabat ad monumentum — et hec dixit michi. Cui — amen.'

Fol. 17'. 'Ad instructionem — et 75 miliaria.' Saec. XV. bezeichnet als 'liber qui ymago mundi dicitur'.

Fol. 21. (Vorne: Quidam sermones cum exhortacionibus) 'Cum intueor beate Demetri — salvator noster. Qui — amen.'

Fol. 27'. Incipiunt prophecie cuiusdam Sibille que filia fuit Priami regis Troiani. 'Sibille generaliter — dicens Iudicii signum — sulphuris annis. Hec de Christi nativitate — inveniet — SOTHER.'

Fol. 29. (Vorne: Quidam pulchri versus. Das Gedicht 'Moribus, arte, fide' bei Hauréau, Les Mélanges poétiques d'Hildebert de Lavardin (1882) S. 56 als Hildebert's Werk.

Dann nach dem Inhaltsverzeichnis 'Summa dictaminis in qua continentur plures epistole a Friderico imperatore transmissae et sibi remissae'. Mit dieser nicht unwichtigen Sammlung hat sich Herr Dr. Rodenberg eingehend beschäftigt (s. N. A. XVIII, 177—205); einige eingemischte erdichtete Schreiben habe ich in den SB. d. Berl. Akad. 1892 vom 11. Februar berücksichtigt. Zuletzt folgen Sinnsprüche.

Fol. 48. Inc. primus liber magistri H. de archa Noe pro archa sapientie cum archa ecclesie et archa matris gracie. 'Cum sederem aliquando — fieri erubescio.' Ende des 2. tractatus.

Fol. 58. Ci commence la voie denfer. 'En longues doit — par pechier.' Ci faut li voie denfer que faous de houndent fist.

Fol. 61. 'En mars tout droit a cel termine — desvoie.' Ci faut li voie de paradis que Rutebues fist. 'Lautre iour par un matin' etc.

Fol. 67'. Hic incipit sompnium cuiusdam clerici. 'Estatem — risus.' S. unten S. 496.

Fol. 69'. Verzeichnis der Cardinalstitel, Erzbisthümer und Bisthümer, der sog. 'Provincialis'.

Fol. 71. 'Nest pas cisous' etc. Fol. 87 'Explicit li tornoiements antecrit'. Dann 'Sexcies in die' etc. Moralische Vorschriften.

Fol. 97'. Isti sunt articuli errorum quos dicunt fratres predicatorum predicasse magistrum Guil. de S. Amore publice in Masticone (sic). 'Dixit quod qui ad predicandum — sicut potuimus corrigendos.'

Fol. 101. Inc. liber de regimine Regum et principum vel dominorum vel secreta secretorum vel epistole Aristotilis ad Alexandrum discipulum suum. Prologus eius qui transtulit librum istum de arabico in latinum. 'Domino suo excellentissimo — Guidoni de Valencia civitatis Tripolis glorioso pontifici Philippus suorum minimus clericorum' etc, Fol. 106' 'Expl. liber de r. r. et principum. Quem Aristotiles composuit ad instructionem magni regis Alexandri. Qui fuit monarcha in toto mundo. Qui in puericia sua vel adolescencia fuerat discipulus Aristotilis summi philosophi'.

Fol. 106'. Inc. epistola libri lapidaris (von Marbod). 'Euax rex Arabum — propter quod lapidum titulo liber iste vocatur.' Dann roth:

Hoc sudavit opus Godefrido Gazelinus,

Sed bene servetur, sibi ne quandoque furetur.'

Fol. 110. Inc. liber sompniarum a Daniele compositus et Ebreys traditus secundum expositionem cuiuslibet rei vise in sompnis. Inc. prologus. 'Ego Daniel a Deo inspiratus — et est utile.'

Fol. 112' der von mir in den Berliner SB. mitgetheilte Brief des Satans nebst der Antwort. Wie Herr O. Hartwig bemerkt, ist vermuthlich der Papst Martin IV. (1281 — 1285) gemeint, der Liebhaber der Aale von Bolsena und des Weines, der in Viterbo gewählt wurde, vgl. Dante, Purgatorio XXIV, 23. 24:

‘Dal Torso fu, e purga per digiuno  
Le anguille di Bolsena e la vernaccia.’

Hartwig meint, dass in dem ‘morsor’ vielleicht eine Anspielung auf den Mann ‘dal Torso’ (aus Tours) liege; sicher wohl auf seine Fressgier.

Fol. 115 andere Briefe: ‘Quod virum curvum — excedentem. Meus in placidam — qui presentat. Quod scripsi — litterarum.’ Darunter steht von einer Hand saec. XV. vel XVI.: ‘Videtur esse stilus Petri Abaelardi ad suam Heloissam, de quibus alias risu digna leguntur.’ Dann ein Scheltbrief: ‘Si suorum fidelium — diabola fugienda.’ Von einer Frau, woraus ich leider nur wenig angemerkt habe. Es kommt darin vor: ‘maiori studio beganismi recentis occupamur aucupii’, und dann: ‘Et quia nimis non dicitur quod numquam satis addicetur, discant castellane cum popularibus, urbane cum ruralibus, criptane cum rupensibus, silvane cum campestribus, fecunde cum sterilibus, larve cum agalmatibus, discant prophetisse cum carminatricibus, phitonisse cum divinatricibus, ethiopisse cum impostatricibus, diaconisse cum prestigiatricibus, discant venefice cum sortilegis, mage cum noctivolis, vage cum ganeis, bastarde cum mancipiis . . . . Turke cum Ruscis, Affre cum Apulis, Sarde cum Siculis . . . . inter Thornis et Tylen insulas’ etc. Es wird ihnen geklagt, dass die Männer die Weiber betrügen und verführen und sie dann verlassen, wie es ihr selbst ergangen; dass aber die Weiber auch nichts taugen. ‘Cumque fallendi prurigo nobis innata sit et nobiscum congenita, sub ampla celi capa non tegitur hodie femina, que nisi seduceret oculorum infirmitas, non foret sicut diabola fugienda’.

Fol. 116'. ‘Miserere mei Dominus, kar longuement me sui teus — par ton coumement.’

Fol. 125. Lectio Hildegardis prophetisse. ‘In diebus illis prophetisavit dicens Insurgent gentes — scire nolumus.’

Fol. 123'. ‘Talms mestott pris que — coumandent. Ci fallent li Enseignement de moralitei.’

Auf Bl. 129 beginnt dann die in dem früheren Aufsätze behandelte, mit der Hs. aus St. Arnulf übereinstimmende Gedichtsammlung<sup>1</sup>. Es folgen aber darauf noch zahlreiche andere

<sup>1</sup>) Mit Rücksicht auf die lat. Anthologie hat R. Ellis einige Mittheilungen daraus gemacht im Journal of Philology IX (1880), S. 186—192.

Gedichte, für welche ich hier Aufnahme erbitte, obgleich sie französischen Ursprungs sind. Es ist ja bekannt, wie stark diese französische Dichtung auf Deutschland eingewirkt hat, wie eifrig deutsche Kleriker dergleichen Dichtungen in ihre Sammelbücher eingetragen haben. Auch trägt eine solche Musterung und Mittheilung zur Erreichung des wünschenswerthen Zieles bei, vereinzelt vorkommenden Versen ihre Herkunft nachweisen zu können. Besonders reich ist Petrus pictor, der Canonicus von Saint-Omer, vertreten. Zuerst jedoch trage ich die an früherer Stelle, f. 67', stehenden, oben nur kurz angeführten Rhythmen nach, den Traum des Klerikers, welchen schon nach dieser Hs. (er nennt sie I 743) E. Littré in der Hist. Litt. XXII besprochen hat; er theilte daraus S. 103 die Str. 11—13 mit, welche sich auf den Untergang des Pierre de la Broce beziehen, der nach angesehenster und einflussreichster Stellung plötzlich gestürzt und am 30. Juni 1278 aufgehängt wurde, und S. 104, Str. 19—22 mit dem begeisterten Lob der Stadt Paris. Dennoch schien mir die Wiedergabe des nicht ungeschickten, wenn auch etwas schwülstigen und weitschweifigen Gedichtes nicht unzulässig; die Schilderung der sieben freien Künste ist nicht ohne einigen kulturgeschichtlichen Werth.

*Hic incipit sompnium cuiusdam clerici.*

- Estatem in Iunio, sicut exstat moris,  
 Fecerat calescere sol causa caloris,  
 Cum ego tristicie plenus et meroris,  
 Mendicans a lacrimis exitum doloris,  
 Virgultum intraveram maximi decoris.
- 2 Istud viridarium, altum, latum, grande,  
 Erat pulcritudinis satis admirande:  
 Ibi rosa, lilium, et innumerande  
 Quam florum quam volucrum species optande,  
 Iuvenum aspectui satis affectande.
- 3 Fons illius nitidus, argenteus undis  
 Et palpari nescius manibus immundis,  
 Fluebat murmuribus garrulans iocundis,  
 Ibi sub arboribus tribus letabundis  
 Omni pulcritudine floris, fructus, frondis.
- 4 Ego videns arbores fontem circuire  
 Et super has copiam volucrum garrire,  
 Cepi statum recolens vite tam delire,  
 Qui solebam prospero cursu lascivire,  
 Quasi mei condolens lacrimas prodire.
- 5 In fortunam igitur gravem dedi questum,  
 Que meum mutaverat ita cito gestum,  
 Solita cottidie michi dare festum

- In natali patria, nunc alibi mestum  
Et curis continuis fecerat infestum.
- 6 In tam miserabili lamentacione  
Eram in multiplici meditacione,  
Mei tandem inmemor pro emissionem  
Lacrimarum, usus sum obdormicione  
Et dicenda postmodum ductus visione.
- 7 Apparebat machina michi, cuius motus  
Nulli erat hominum omnino ignotus.  
Mundus rote strepitum senciebat totus,  
Et ego qui nimium non eram remotus,  
Ob tam magnum strepitum fui valde motus.
- 8 Videbam in medio rote existentem  
Quandam cecam feminam rotam subvertentem,  
Inconstantem, tremulam, variam, fluentem,  
Leva manu radium unum deprimentem,  
Alterumque altera manu erigentem.
- 9 Supradictam manuum per extensionem  
Donabat continuam rote mocionem,  
Quibusdam post aliquam degradacionem  
Quandam momentaneam dans ascensionem,  
Et credo quod sepius preter rationem.
- 10 Videbatur siquidem rote adherere  
Multitudo hominum, quorum hii lugere  
Videbantur, alii modicum ridere,  
Tercii felicius et magis gaudere,  
Sed quarti miserrimi, post gaudia flere.
- 11 Hic sub rota latitat Iob depauperatus,  
Cresus tumet desursum, ruit degradatus  
Petrus de Arbrocia, sed ad dextrum latus  
Est quidam Florencius de Roia natus  
Ad Cresi divicias erigi conatus.
- 12 Ille Petrus primitus de gente ignota  
Desursum ascenderat, nec deerat iota,  
Quin rex esset Gallie, tandem cum Philota  
Descendit turpissime, cum mors eius nota  
Fuit, de qua stupuit gens Gallie tota.
- 13 O Fortuna subdola, cur hec cogitasti?  
Petrum de Abrocia cur sic elevasti,  
Quem morte turpissima subito dampnasti?  
Cur Philotam filium tuum tu vocasti,  
Quem tam miserabili rota post rotasti?
- 14 Tangebatur Parisius latus curvature,  
Ubi gens aculeo caude<sup>1</sup> nimis dure  
Cogebatur corruere nescio quo iure

---

1) 'caudis' Hs.

- Turbam eminencium vi litterature,  
 Nundum tamen nimium gaudebat secure.
- 15 Hanc ego continuo censui meatu  
 Esse illam stabilem, novo tamen fatu,  
 Quia numquam permanet in eodem statu,  
 Cuius mundus trepidat et calescit flatu,  
 Ei ergo protinus utor hoc affatu:
- 16 O res perversissima, femina fatalis,  
 O peiorum pessima, furor infernalis,  
 Que tam cito destruis filios quos alis,  
 Que me tot multis modis nunc affligis malis,  
 Quem nundum<sup>1</sup> blandissimis protegebas alis.
- 17 O Fortuna, quislibet debet de te queri:  
 Iam mereris femina proditrix censi,  
 Que nunc habes odio quem amabas heri.  
 Vix deum vel hominem me sinis vereri,  
 Que soles nocentibus innocens haberi.
- 18 O prava, quo merito me a dulciori  
 Separas Parisius, a sollempniori  
 Thalamo prudencie, nec non meliori?  
 Cum mallet Parisius sine mora mori,  
 Quam hic esse, spacio vivens longiori.
- 19 O dulcis Parisius, decor omnis ville,  
 Civitates superans omnes modis mille,  
 Michi crudelissimus ianitor est ille,  
 Qui me te non patitur ingredi tranquille<sup>2</sup>  
 Et vagos evadere fluctus huius Scille.
- 20 Super omnes obtines urbes principatum,  
 Fecundans iocalibus stallos civitatum,  
 Que reddentes debitum tibi famulatum,  
 Per terram et Sequane remittunt meatum,  
 Quicquid eis contulit aer, aqua, pratum.
- 21 O dulcis Parisius, in qua quondam risi  
 Tam diu prosperius, a qua me divisi  
 Affectato sidere casus improvisi.  
 Nescio quid faciam, moriar, te nisi  
 Adhuc saltem videam, sancte Dyonisi!
- 22 O dulcis Parisius, parens sine pare,  
 Solita scholaribus bona tot parare:  
 Urbs nulla se audeat tibi comparare.  
 O Fortuna frenesis, cur a dicta<sup>3</sup> lare  
 Me invitum niteris ita separare?
- 23 Dum hec et similia multa peroravi,  
 Non respondit aliquid, unde corde gravi  
 Me volebam cedere, nec curabam qua vi,

1) Sic! viell. 'nuper'.

2) 'transquille' Hs.

3) Sic!

- Cum ecce descendere virginem spectavi,  
Cuius statim lumine totus radiavi.
- 24 Hec inestimabili pollens dignitate,  
Faciei respuens formam picturate,  
Nec mendicans phaleras forme mendicate,  
Sed de sua propria fulgens claritate,  
Solem superaverat speciositate.
- 25 Crinis eius omnibus modis insignita,  
Crispa, splendens, aurea, radians, ignita,  
Quodam auri nodulo retrorsum unita,  
Pollebat antierius pulchro<sup>1</sup> bipertita,  
Nusquam supereminens, undique polita.
- 26 Frons ampla, suppetitans lilii candorem,  
Formam gerens ebore plano planiorem,  
Resplendens argenteum induens fulgorem,  
A rugis et maculis se remotiorem  
Reddit, et omnimodum induit decorem.
- 27 Eius supercilia iuste moderata,  
Non raro, non nimium erant condensata,  
Nec ferro nec unguibus erant minorata,  
Nigra, relucencia, quadam liliata  
Distabant planicie, satis elongata.
- 28 Subridentes modicum oculi puelle,  
Sicci, penetrabiles, clari quasi stelle,  
Abessent ominii signum<sup>2</sup> sine felle,  
Cum vicissim tenui se tegebant pelle,  
Videbantur homines inflammari velle.
- 29 In vultu virgineo quando se ostendit,  
Quasi super lilium rose<sup>3</sup> se extendit:  
Tandem per connubium res ad pacem tendit,  
Quia color roseus faciem incendit,  
Et permista lilio rosa comprehendit.
- 30 Nasus eius complacens, tractilis et rectus,  
Non simus, non aquilus, non nimis erectus,  
Sed quodam libramine medio directus,  
Ex utraque narium redolens, perfectus,  
Quas odor insigniit balsamo confectus.
- 31 Os recens et roseum erat puellare  
Dulciter, et dulcius certans odorare,  
Et si labra cerneret modicum levare  
Ac sarratos<sup>4</sup> dentulos, ebur exemplare,  
Diceret quod basia vellent postulare.
- 32 Fulgebat planicies expolita menti,  
Et collum pulcherrimum, in antecedenti  
Parte pulchrum, pulchrius in retrocedenti,

---

1) Sic!    2) Sic!    3) rosa?    4) Sic!

- A cervice prorogans spacio decenti  
 Humeros pulcherrimos cuilibet cernenti.
- 33 Lacerti se iunxerant brachiis ornatè  
 Et ulne a cubitis iuste dirivate:  
 Manus suaves, tenere, liliis aptate,  
 Iuncturis et digitis optime formate,  
 Et unguēs sanguineis<sup>1</sup> pulpis coequate.
- 34 Qui videret brachia corporis tam clari,  
 Ad amplexus merito posset incitari,  
 Sed in signum corporis coitus ignari  
 Decebant in pectore situ puellari  
 Duo dura pomula, nescia palpari.
- 35 Iuste convallacio laterum equata  
 Omni moderamine fuit moderata.  
 Ista nulla pulcrrior fuerat creata:  
 Vestis ei decuit, qua fuit parata,  
 Videbatur etenim quasi secum nata.
- 36 Vestis modis omnibus fuit speciosa,  
 Decens, delectabilis, placens, graciosa.  
 Portat portat pulchrius, violansque rosa<sup>2</sup>.  
 Nam si virgo pulcher<sup>3</sup> est, vestis est formosa.  
 Vero enim testui conformatur glosa.
- 37 Per hec quae exterius erant tam decora,  
 Pro certo relinquitur, quod secreciora  
 Erant hiis extrinsecus satis dulciora,  
 Cum dicat philosophus, quod exteriora  
 Faciunt perpendere nos interiora.
- 38 Puella quae specie tanta resplendescit,  
 In qua tantam speciem Dominus impressit,  
 Quae nativo lumine sidera precessit,  
 Gressu delectabili leviter incessit,  
 Ceptrum manu dextera, leva librum gessit.
- 39 Dum ad librum oculus meus se direxit,  
 Operantem dominam triplicem prospexit,  
 Quarum una tenui librum pelle texit,  
 Eundem asseribus secunda protexit,  
 Tercia depingere librum non neglexit:
- 40 Donatus in pellibus depictus, scrutatur Gramatica  
 Artem qua quis construit, aut versificatur,  
 Scribit, legit, exprimit id quod meditatür.  
 Nemo istam nesciens, fronesi loquatur,  
 Cum suum ydioma non intelligatur.
- 41 Celatus sub tenui pelle se ostendit                      Logica  
 Summus Aristotiles, qui artes deffendit,

1) 'sanguineos' Hs.  
 verschrieben.

2) Der Vers ist unverständlich und offenbar  
 3) Sic!

- Sculptus et asseribus iste reprehendit  
 Arcium hereticos, et pro hiis contendit,  
 Veritatem continens, nam ad verum tendit.
- 42 Pelles pingit Tullius docens<sup>1</sup> pulchre satis,  
 [Rectorica  
 Iudicem<sup>2</sup> attrahere verbis phaleratis,  
 Prebere remedium iniuste gravatis  
 Orphanis, pauperibus atque viduatibus,  
 Quandoque pro precio, sed quandoque gratis.
- 43 Hec quia extrinsecus erant in textura,  
 Multum meo visui non erant obscura,  
 Sed erat interius in libro scriptura  
 Hic scripta profundius, et alia plura,  
 Ut fui vaticinans quadam coniectura<sup>3</sup>.
- 44 Extra librum siquidem virginis preclare  
 Vidi signa serico quedam emanare,  
 Quibus erat solitum folia tornare.  
 Hic format artifices, a quo et de qua re  
 Quislibet artificum vult determinare.
- 45 Sculptor prudens studuit ibi figurare, Arismetica  
 Decentem millesimum caute numerare  
 Per figuras simplices, diversosque dare  
 Numeros, et additos et eradicare,  
 Et omnem rem numeris proporcionare.
- 46 Euclides in alio sub litteraturis Geometria  
 Satis pulcrioribus docet, quod sit iuris  
 De puncto, de linea, de planis figuris,  
 Rectis angularibus atque curvaturis,  
 Et omnem rem claudere certis sub mensuris.
- 47 Sed in signo tercio magis complacente Musica  
 Opus superbierat, Orpheo volente  
 Lapides attrahere, cantu seducente.  
 Ibi sculptor pinxerat, vigil et attente,  
 Quid tonus, quid ditonus et quid dyapente.
- 48 Tholomeus radians in signo sequenti Astronomia  
 Docet loca, tempora, motum firmamenti,  
 Futura multociens significans genti.  
 Hic arte divinitus eum attollenti,  
 Fere coequaverat se Omnipotenti.
- 49 Hee picture igitur generaliores  
 Signabant tantummodo clausas in libro res,  
 Nec erant ad intima nisi quasi fores,  
 Sed reddebant avidos libri promptiores,  
 Ut ad librum currerent eius auditores.

---

1) 'decens' Hs.      2) 'iudicum' Hs.      3) 'coniaectura' Hs.

- 50 Ergo vis huiusmodi picturacionis,  
Tollens ignoranciam est negotionis<sup>1</sup>,  
Sed illam que dicitur dispositionis,  
Tollebat intrinsece vis impressionis,  
Que longe maioribus est ditata bonis.
- 51 Tante pulcritudinis vi debilitatus,  
Cecidi<sup>2</sup> in extasim; tandem relevatus  
Ei plus quam potui sum approximatus,  
Passim quasi nectare quodam debriatus,  
Et procumbens genibus, talia sum fatus:
- 52 'O reverendissima domina, tuarum  
Benedictus limes sit omnium viarum,  
Benedictus talium factor feminarum,  
Benedictus ille est, quem tu habes carum.  
Audi, dulcis domina, me loquentem parum.
- 53 Si deceret, domina, mee parvitati  
Habere colloquium tue maiestati,  
Querere precordiis cordis affectati  
Motivum principium tui tam beati  
Gressus ad declivia mundi maturati'.
- 54 Illa suum elevans cum severitate  
Vultum quasi modicum, similis irate,  
Inquit michi protinus: 'O infatuato,  
Muliebris, debilis, fere desperate,  
Pro tua profecta sum inbecillitate'.
- 55 Tunc ego: 'O domina, que pro me venisti,  
Quo vocaris nomine'? Tunc illa: 'Novisti  
Hoc bene multociens, sed tu meruisti,  
Quod me nunc non nosceres, qui huc accessisti,  
Ut feres ut femina, solus corde tristi.
- 56 Ego sum Prudencia, que de celi lare  
A celorum solio veni visitare  
Sepe mentes hominum et illuminare,  
Que in altum elevo meos sine pare,  
Eos semper solita decorificare.
- 57 Ego sum Prudencia, que facio gentes  
Virtutes appetere, et viciorum sentes  
Tollere, cognoscere res preexcellentes;  
Que de non scientibus facio scientes;  
Et quasi divinitus illumino mentes.
- 58 Ego pro qua usque nunc tot exulavere,  
Pro qua se tot divites pauperes fecere,  
Pro qua se tot penitus exinanivere,  
Pro qua se periculis tot exposuere,  
Pro qua tot iniurias graves pertulere.

---

1) Sic!      2) 'cecedi' Hs.

- 59 O quam miserabilis tu es creatura:  
 A cunis tradiderat michi te Natura,  
 Que te ad hec fecerat, ut sub mea cura  
 Studeres, nec nimium eram dilatura,  
 Sed eram in proximo te honoratura.
- 60 More autem femine, que est imperita,  
 Et que prima facie se offert petita,  
 A te preter studium eram acquisita,  
 Et quare<sup>1</sup> tu propter hec me sprevisi ita,  
 Sola res laboribus cum placet quesita?
- 61 Tunc ego: 'O domina, cum tu appetaris  
 A me super omnia, cur talia faris?  
 Cum iam diu propter te fuerim scholaris,  
 Maxime Parisius, ubi tu moraris,  
 Et ubi pre ceteris locis honoraris'.
- 62 Tunc illa cum capitis motu temperato,  
 Castiganti similis: 'Si tu esses Plato,  
 Qui sensu pre ceteris floruit innato,  
 Tamen ad scienciam ita maturato  
 Gressu non accederes, adhuc laborato.
- 63 Scio quod discipulos inter meos minus  
 Tu semper studueris, nimium vicinus  
 Partibus natalibus, sed si uterinus  
 Amor in te ardeat, esto peregrinus,  
 Ut sis dignus tangere meos dulces sinus.
- 64 Arta est et aspera via, qua te ire  
 Oportet ad fronesim, ubi arbor mire  
 Est amaritudinis, quod qui non vult scire,  
 Non potest, nec dignus est de fructu sentire,  
 Nec illum quem prospicis librum aperire.
- 65 Sed hic debet facere te ardenciozem,  
 Quod amaritudinem senciens, odorem  
 Fructus statim sencias<sup>2</sup>, ob cuius dulcorem  
 Transibis iocundius corticis horrorem:  
 Iocundum alleviat premium laborem.'
- 66 Tunc ego hec audiens: 'O Philosophia,  
 Relevatrix gencium, consolatrix dya  
 Et eterni luminis splendor et usya,  
 De Fortuna conqueror non iniuste, quia  
 Hec a te me respuit, dum eram in via.'
- 67 Tunc illa: 'Cur dicis hec? an scis quod Fortuna  
 Decrescit et iterum crescit quasi luna,  
 Propter quod sic dicitur, quasi forte una?  
 Quod si tibi usque nunc fuit importuna,  
 Non time, nam postmodum erit oportuna.

1) 'quia' Hs.

2) 'senciens' Hs.

- 68 Igitur cor amplius tuum non turbetur,  
In risum tristicia tua convertetur;  
Si Fortuna forsitan tibi adversetur,  
Sis audax, non fugias, nam ut hec fugetur,  
Spem habebis comitem, per quam vincetur.<sup>1</sup>
- 69 Hiis dictis evanuit dea tam ameni  
Vultus, et colloquii maxime sereni.  
Et ecce mox dominam iuxta me inveni,  
Que priusquam loquerer, dixit verbo leni:  
'Fili mi, non dubites, Spes sum; ad te veni.'
- 70 Ista vero graciis variis repleta,  
Pulcra, decens, humilis, hilaris et leta,  
Laborabat manibus, animo quieta,  
Nec eam vexaverat aliqua dieta,  
Cum semper prosperior immineret meta.
- 71 Loquelam hec domina protulit lenitam:  
'Fili mi, non dubites, nam te non dimittam,  
Nam dabo in prosperis tutam tibi vitam,  
Quo usque te Fronesis thalamis inmittam.
- 72 Per me Petrus sustulit crucis cruciatum,  
Latusque Laurencius habuit assatum.  
Nicholaus habuit sanctitatis statum,  
Et Agnes custodiit corpus illibatum,  
Ut sic se perducerent ad finem optatum.
- 73 Ego sum que facio iuvenes armari,  
Que equos equitibus facio crepari,  
Fortes frangi lanceas, galeas quassari.  
Ista ab hominibus solent tolerari,  
Quando post angustias sperant delectari.
- 74 Per me latro credidit, in cruce levatus,  
Et miles quo dominus fuit perforatus.  
Iudas me non habuit, ideo dampnatus  
Atque per spem medici magis est sanatus,  
Quam per ipsum medicum morbo fatiguatus<sup>1</sup>.
- 75 Quid moror? hic facio more stabilito  
Labores peragere, quos ego non vito,  
Et tandem ad gaudia paradisi mitto.  
Adhuc ergo sustine, nam tibi promitto,  
Quod id quod desideras obtinebis cito.'
- 76 Ob hec et dulcedinem sui pulcri visus  
Nimis de clemencia domine confisus,  
Amplexabar dominam quasi indivisus,  
Sed caste, et lacrimas convertens in risus,  
A sompno et sompno surrexi gavisus.

---

1) Sic! Der Sinn ist mir unverständlich.

Wir gehen nun zu den Gedichten über, welche auf die vorher erwähnte Sammlung f. 186 ff. folgen; leider fehlen Ueberschriften, welche vermuthlich ein Rubricator nachtragen sollte. Zuerst kommt ein langes Lobgedicht auf den Erzbischof Wilhelm von Reims, welcher nach Heinrich I. 1176 erwählt war; er war ein Sohn des Grafen Theobald von der Champagne, war 1165 Bischof von Chartres, 1176 Erzbischof von Sens geworden und ging nun nach Reims über; am 7. Sept. 1202 ist er gestorben. Ein viel kürzeres Lobgedicht des Petrus Riga auf den Erzbischof Samson<sup>1</sup>: 'Tange manus calamum, Samsonis pingue triumphos' klingt am Eingang an, aber auch nur da. Verfasser ist Petrus, vermuthlich der bekannte Cantor von Saint-Omer. Es lautet:

- Tange Remis citharam, festivos exprime cantus,  
 Pastoremque novum carmine pasce novo:  
 Cuius lingua caret viru, cuius viret etas,  
 Qui tibi det vires, suscipe leta virum.  
 5 Sol novus illuxit tibi; primo sole remoto  
 Nec iubar amittis: sole cadente tuo  
 Excipit occasum primi sol iste secundus,  
 Et veluti facto vespere mane fuit.  
 Huic<sup>2</sup> soli solus Deus elegit tria, primo  
 10 Carnotum, post hec Senonis, inde Remis.  
 Illic magnus erat, ibi maior, maximus istic;  
 Hic bonus, hic melior, optimus iste locus.  
 Implevit triplicem naturam mittis<sup>3</sup> olive,  
 Tripliciter lucens in tribus iste locis.  
 15 Prebet oliva cibum, dat lucem, dat medicinam:  
 Hic cibus, et lumen, et medicina fuit.  
 Carnoti populo cibus, et lux Senonis<sup>4</sup> urbi,  
 Et medicina Remis, quod probat eius opus.  
 Illic verba Dei docuit, titulis ibi morum  
 20 Splenduit, hic absens iam pietate fluit.  
 Iste quibus meritis vir claruit, ipsa locorum  
 Nomina declarant, si loca clara notes.  
 Nomen Carnoti caruisse nota notat istum,  
 Senonis ostendit, moribus esse senem.  
 25 Rectorem morum Remis indicat, aut quia rerum  
 Naufragio fiet remus in urbe Remis.  
 Quod datus est uni triplex honor, hoc notat eius  
 Servum, cui servit trinus et unus honor,  
 Nec sine misterio Iani lux prima Remensi

1) Hildeberti Opera ed. Beaugendre p. 1316; Migne 171, 1388.

2) 'Huc' Hs. 3) D. i. 'mitis'. 4) 'cenonis' Hs.

- 30 Primatu dignum iudicat esse patrem<sup>1</sup>;  
 Que fuit octava post partum virginis, istum  
 In patrem patrie parturit alma dies.  
 Cum Ihesus accepit nomen, Willermus honorem,  
 Dumque salus oritur, est Remis orta salus,  
 35 Quaque die Christum sacrat unctio nominis, aptum  
 Regibus ungendis<sup>2</sup> suscipit iste locum.  
 Quod bene previdit ratio divina, nepotem<sup>3</sup>  
 Unguat ut in regem presulis uncta manus.  
 Adde quod exaltat sol verus cornua iusti,  
 40 Dum micat in signo sol, capricorne, tuo.  
 Adde quod in celis cursu crescente dierum,  
 In terra crevit presulis huius honor.  
 Parva loquor, veniat stilus ad maiora: beatos  
 Presulis ornatus sub brevitae canam,  
 45 Quos ita Willermus meritis depinxit, ut Aaron  
 Indutum credas vestibis esse sacris.  
 Anulus et baculus, sandalia, pallia, mitra  
 Morum splendorem splendida quinque notant.  
 Anulus arridet tribus, in quo gemma choruscat,  
 50 Aurum prerutilat, forma rotunda placet.  
 Per gemmam pudor exprimitur, doctrina per aurum,  
 Perfectum signat forma rotunda virum.  
 Anulus ostendit, quod presul nobilis aurum  
 Nolit et a nullo querere dona venit.  
 55 In medio baculus sustentat, pungit in imo,  
 Attrahit in summo, pontificemque notat.  
 Hoc Willermus agit: miseros sustentat, iniquos  
 Pungit, et ad Christum quemque vocando trahit.  
 Ipse sonat baculus, quod sit bonitatis alumpnus,  
 60 Vel bonitate calens, vel bona cuncta colens.  
 Nomine declarant sandalia, quod quasi sanctum  
 Dans aliis nescit vendere sancta Dei.  
 Nulli prebendam mendicat nummus ab isto,  
 Pondera, marcarum non ibi pondus habent<sup>4</sup>.  
 65 Signat palliolum, quod sit pater hic aliorum,  
 Vel quia post papam polleat eius honor.  
 Agnetis festo, cum pars prior imminet anni,  
 Ex agni lana pallia Roma facit;  
 Agnes festivum notat, agni vellera mitem,  
 70 Primum pars anni prima fatetur eum.  
 Mitra notat capitis, pignis erecta duabus,  
 Quod penna duplici presul ad alta volat:  
 Racheli Lyam, Marthe sociando Mariam,

1) 1. Jan. 1176, was hierdurch erst bekannt wird. 2) 'ungendi' Hs.

3) K. Philipp August, Sohn seiner Schwester Aleidis, 1197. 4) 'habet' Hs.

- Incitat ad veniam nos per utramque viam.  
 75 Ipsa sonat mitra, quod mittis et intus et extra,  
 Multos e terra mittit ad astra viros.  
 Quid stilus indignus tam digni presulis actus  
 Pingere presumit? cumprime Petre stilum,  
 Ne calamus pauper nitidi sermonis avarus,  
 80 Carmine denigret candida facta viri.  
 Sed quia presul amat cuius cito parcere, laudes  
 Ut decet, amplectar sub brevitae decem:  
 Rerum splendore, pietatis rore, parentum  
 Lampade, virtutum ciclade, iure, fide,  
 85 Munificis manibus, titulis insignibus, oris  
 Floribus, ingenii dotibus iste nitet.  
 Si vellem calamo percurrere singula, cymbam  
 Ingenii laudum mergeret unda fluens.

Hierauf folgt fol. 186' ein Epitaph auf Bischof Moritz von Paris, der am 11. Sept. 1196 gestorben ist, 'Migrat Parisii — fides'. Es ist schon Gall. Christ. VII, 77 gedruckt; V. 9 steht hier besser: 'Illudere michi velud hostes'. Dann, wahrscheinlich auch von Petrus von Saint-Omer, die Arch. VIII, 409 aus dem Cod. 115 der Stadtbibliothek von Saint-Omer angeführten Verse:

- Heres peccati, natura filius ire  
 Exilique reus, nascitur omnis homo.  
 Unde superbit homo, cuius concepcio culpa,  
 Nasci pena, labor vita, necesse mori?  
 5 Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana:  
 Inter vana nichil vanius est homine.  
 Dum magis alludit presentis gloria vite,  
 Preterit, ymmo fugit, non fugit, ymmo perit.  
 Post hominem vermis, post vermem fit cinis, heu heu!  
 10 Sic redit ad cinerem gloria nostra suum.  
 Hic ego qui iaceo miser et miserabilis Adam,  
 Unam pro summo munere posco precem.  
 Peccavi fateor, veniam peto, parce fatenti,  
 Parce pater, fratres parcite, parce Deus.

Dann Epitaphien auf den Bischof Almarich oder Amalrich von Meaux, der am 9. Jan. 1222 gestorben ist, nachdem er erst 1221 Bischof geworden war, und auf seinen Vorgänger (1208 — 1213) Gaufrid, der 1213 seinem Bisthum entsagte und in das Kloster St. Victor in Paris eintrat, wo er sich durch besondere Enthaltksamkeit auszeichnete und am 6. Febr. 1215 gestorben ist; hier wird er auch als Lehrer gefeiert:

- Almaricus obit, qui morum culmine pollens,  
 Meldis promeruit pontificale decus.  
 Pastoris nomen operum probitate decorans,

Moribus, exemplis, ore fovebat oves.

5 In quo concordi moderamine<sup>1</sup> se sociabant

Mens sincera, sagax<sup>2</sup> lingua, pudica caro.

Cum modicis modicus, cum magnis magnus, utrisque

Se satis acceptum pacis amore dedit.

Qui legis hec, meditare quis es modo, quisve futurus,

10 Nunc florens, sed post marcidus, immo cinis.

Gloria quid prodest mundi, quid census? ut aura

Pretereunt, solum stat pietatis opus.

Migrat Gaufridus, quem morum gratia, sidus

Dogmatis ornavit, qui carnem suppeditavit

Cum mundi flore regni celestis amore.

Quos modo terra tegit, anime servire coegit

5 Artus; que legit facienda, viriliter egit.

Consilii clavis, perversis virga, suavis

Mitibus, hic iuvenum norma, corona senum,

Pauperibus victum, miseris solamen, amictum

Nudis prebebat, velud hostem corpus habebat.

10 Flet domus hec fratrem, doctorem Gallia, patrem

Meldis, sed fletus cedat tempus, quia letus

Cum Christo vivit, quem toto corde sitivit.

Hierauf folgt fol. 187 ein Gedicht von 46 Hexametern: 'Concipiens mundum ratio divina secundum Conceptum mentis tribuit formas elementis' bis 'Et gravium gravitas levium levitate levatur'.

Dann 'Primus in orbe dies — peractis', von Eugenius Tol. p. 116, Migne 87, 365.

Hierauf die merkwürdigen Verse des Petrus pictor De laude Flandriae (wofür hier aber bis V. 17 immer 'Galliae' gesetzt ist), welche kürzlich L. Delisle aus dem besseren Pariser cod. lat. 16, 699 herausgegeben hat in den Instructions adr. par la Comm. des travaux hist. p. 29; vgl. dazu Hauréau, Not. et Extr. V, 212—214. Es wird verherrlicht durch seinen grossen Feldherrn, Graf Robert II. von Flandern (1093—1111). Jetzt strebt es sogar nach dem kaiserlichen Scepter. Ist die Vermuthung des Prof. Bresslau richtig, dass V. 9. 10 auf die Verlobung Heinrich's V. mit Mathilde, der Enkelin der eben vorher in V. 8 genannten Königin Mathilde von England, im April 1110 zu beziehen sind, so erklären sich dadurch auch die eben erwähnten Worte, und das ganze Gedicht erscheint als ein durch eben diese Verlobung veranlasstes. Dazu stimmt es sehr gut, dass die mit auswärtigen Fürsten vermählten Landestöchter gepriesen werden, Bertha, Tochter des Grafen Florens von Holland, 1072 mit K. Philipp I. von Frankreich, Mathilde,

1) 'mad.' Hs.      2) 'saguax' Hs.

Tochter Balduin's V. von Flandern, 1056 mit K. Wilhelm I. von England, Adela, Tochter Robert's I. von Flandern, mit Kanut IV. von Dänemark und 1092 mit Roger von Apulien vermählt, K. Philipp's Tochter Constantia 1106 mit Boemund von Antiochien, woran sich der Ruhm des Kreuzzuges schliesst und eine begeisterte Lobpreisung Flanderns.

Die Verse lauten:

- Flandria dulce solum, super omnes terra beata<sup>1</sup>,  
 Tangis laude polum, duce magno glorificata.  
 Flandria, Gallorum decus et robur generale  
 Et timor Anglorum, sceptrum<sup>2</sup> petis imperiale.  
 5 Flandria diva, paris reges magnos comitesque  
 Cum ducibus claris, claras dominas, equitesque.  
 Flandria, Francorum regi Bertam sociasti,  
 Nec minus Anglorum regem Mathilde beasti.  
 Flandria, regali de stirpe tua generatur<sup>3</sup>  
 10 Hec, cui<sup>4</sup> sponsali nexu Cesar sociatur<sup>5</sup>.  
 Flandria, reginam Danis cum laude dedisti,  
 Hanc<sup>6</sup> ipsam dominam post Apulie statuisti.  
 Flandria celsa, duci sponsam das Anthiocheno,  
 Sideree luci<sup>7</sup> que preminet ore sereno.  
 15 Flandria, Burgundos tibi federe consociasti<sup>8</sup>  
 Et tibi iocundos variis opibus<sup>9</sup> reparasti.  
 Flandria, nunc<sup>10</sup> referam quod Iherusalem tenuisti,  
 Gentem belligeram, Partos<sup>11</sup> ab ea repulisti.  
 Flandria, nonne duces Balduinum cum Godefrido  
 20 Persis usque truces obicis cum milite fido<sup>12</sup>.  
 Flandria, signiferum nostrum comitem<sup>13</sup> facis esse  
 Tantorum procerum, quem Turcus<sup>14</sup> nollet adesse.  
 Flandria, terra potens sub consule tuta Roberto,  
 Te regat omnipotens, te numine signet aperto!  
 25 Flandria, si propere de laude tuoque decore  
 Summa loqui, numero stellas studio leviores,  
 Et quamvis Cicero nostro sonet omnis in ore,  
 Non tamen enumero, quanto sis plena valore.  
 Flandria, fertilitas manet in te diviciarum,  
 30 Te facit utilitas patriam dominam patriarum,  
 Quam proba nobilitas regit et colit indigenarum.  
 Flandria, dum recolo tua celsa tuumque decorem,  
 Sepe redire volo, reditusque reducit amorem,  
 Sed resilire polo tendis, dum cerno timorem.

1) 'beatur' u. 'glorificatur' P. 2) 'ceptrum' R. 3) 'generator' R.  
 4) 'cum' R. 5) 'sociator' R. 6) 'Ac' R. 7) 'lucis' R. 8) Das  
 geht auf die Vermählung der Clementia von Burgund mit Robert II. von  
 Flandern. 9) 'op. variis' P. 10) 'non' P. 11) 'Turcos' P.  
 12) Der Vers ist in R. verderbt, mit einer Lücke. 13) 'com. nostrum' P.  
 14) 'tractus' R.

35 *Malo manere solo, quam mortis ferre laborem*<sup>1</sup>.  
*Flandria, dante Deo superes rem quamque nocivam!*  
*Dante, iuvante Deo, tandem tuus incola vivam,*  
*Dante, favente Deo patriam repetam genitivam,*  
*Dante, serente Deo rerum quarumque dativam.*

40 *Flandria, mitto vale, pia Flandria, terra piorum:*  
*Mitto, remitto vale, bona Flandria, terra bonorum.*  
*Rursus mando vale, proba Flandria, terra proborum,*  
*Mando, remando vale, mea Flandria, terra meorum.*

Darauf folgt das Epitaph des Anselm von Laon ('Dormit—functum'), gedruckt in Hildebert's Werken ed. Beaug. p. 1321, Migne 171, 1393, nach Hauréau, Mél. p. 19 von einem unbekannten Schüler.

Fol. 187' eine Grabschrift für einen unbekannten Bischof:

*Utilitas non est hominum pro morte dolere,*  
*Nullus enim vivit, qui possit morte carere,*  
*Sed nunc quisque suo debet pro crimine flere,*  
*Ut penam possit eternam flendo cavere,*  
*Et Christo tribuente queat loca sancta tenere,*  
*In quibus hic presul valeat sine fine manere.*

Dann über die Dreieinigkeit 'Esse quod est—possumus esse', Beaug. 1343, Migne 171, 1417. Von Petrus pictor, can. S. Audomari, nach Hauréau, Mél. p. 78, Les poèmes latins attribués à Saint Bernard, p. 46.

Darauf vom Weinberg des Herrn 'Vinea—simus', von unbekanntem Verfasser, correct gedruckt bei Hauréau, Mél. p. 127.

Dann folgen Verse von Marbod 'Me miserum—flecti', Beaug. p. 1574, vgl. Hauréau, St. Bern. p. 19. Darauf fol. 188 eine Reihe von Gedichten des Petrus cantor von Saint-Omer über den Verfall und die Entartung von Rom, welche zusammen zu gehören scheinen und einzeln auch sonst vorkommen. Das erste in rhythmischer Form ist Arch. VIII, 408 angeführt mit der Ueberschrift 'De excidio Romani imperii'. Es steht auch in der Hs. Durazzo<sup>2</sup>, und durch diese wird die Person des Verfassers gesichert.

*Transit honor temporalis, labat rerum firmitas,*  
*Omnis labor huius vite reputatur vanitas.*  
*Celsa cadunt, ima surgunt, interit antiquitas,*  
*Novus homo nova querit, placet omnis novitas.*

5 *Rara virtus in hoc mundo, rara paret bonitas,*  
*Verus amor, vera fides, vera non est karitas.*  
*Omne capud elanguescit, membris est debilitas,*  
*Perierunt medicine, non est ultra sanitas.*

1) 'timorem' P.      2) Osservazioni di G. L. Oderico sopra alcuni codici della libreria di G. Fil. Durazzo, Genova 1881, p. 92.

Prebet meis fidem dictis rei texte veritas,

10 Et Romana, de qua scripsi nomen<sup>1</sup> novum, civitas.

In unmittelbarem Zusammenhange damit steht das folgende längere Gedicht von Oderico p. 93 angeführt und vielleicht auch im Codex von Saint-Omer damit verbunden:

Roma potens quondam, capud orbis, honor regionum,  
Ambitione mala modo fit spelunca latronum.

Legibus, imperio, studiis opibusque beata  
Olim, strata iacet nunc, laude sui viduata.

5 Roma potens cecidit, heuheu! quam cura laborum  
Mundi constituit dominam sedemque sacrorum.

Cesaris imperium siluit, ruit illa corona,  
Cui dudum rerum parebat machina prona.  
Regum ceptra iacent et celsa palacia ceno.

10 Cesaris alta domus fit nunc casa vilis egeno.  
Roma modo nichil est, nisi Rome nobile signum.  
Cesar in urbe sua nil cernit nobile, dignum.  
Marmorei cives, Rome monumenta prioris,  
Contestantur adhuc, quanti fuit illa decoris.

15 Pro dolor ecce iacet, iacet urbs precelsa, supina,  
De domina serva, de regno facta ruina.

Et que iure sacro verum solet una tueri,  
Spe modici fructus modo transit limina veri.  
Ille bonus, bonus ille Cato, cinescit in urna,

20 Sub quo Roma diu fuit aurea pax diuturna.  
Nam quantum mundo Roma preibat honore,  
Tantum prefuerat Cato Rome laude, valore.  
Occidit ille Cato, sub cuius erat pede mundus,  
Cui gravitate sacra modo vir nequit esse secundus,

25 Cuius opes fuerant facundia, vita modesta,  
Consilium, pietas, res publica, forcia gesta:  
Cuius erat studium patrias defendere leges,  
Urbi consulere, pravos extinguere reges.  
Occidit ille<sup>2</sup> Cato, decus orbis honorque senatus.

30 Vir venerabilis, irreparabilis, insuperatus,  
Quem non posse mori cito, fama refert timuisse,  
Obque necem celerem servata venena bibisse.  
Ut quid? ne liber servo maiorque minori  
Serviret, metuens fame patrieque pudori.

35 Infelix casus, qui tantum pignus ademit!  
Pocio dira nimis, que pectora sacra peremit!  
Hunc solum mors est mirata mori potuisse,  
Hunc optata diu, non ausa fuit tetigisse.  
Ausa nephas tandem, se miscuit illa veneno,

40 Inque viri fudit se pectore numine pleno.

1) Das Wort ist schwerlich richtig. Bresslau vermuthet 'carmen'.

2) 'illa' Hs.

Occidit ille Cato, quem si modo fata dedissent  
 Vivere, non penitus virtutes procubuissent.  
 Virtutum domus ipse fuit, fuit hospes earum,  
 Hostis avaricie, contemptor diviciarum,  
 45 Quem non a vero divertere prevaluerunt  
 Auri dona sacra, que multos prepedierunt.  
 Nil timor aut odium vel amor male suasit eidem:  
 Omnibus in causis fuit inmutabilis idem,  
 Quem moderatus amor sic fecit habere rigorem,  
 50 Ne rigor innocuus excedere posset amorem.  
 Ergo ruente viro virtutes queque ruere,  
 Hospiciumque suum deserte deseruere.  
 Non habet hospicium virtus, ubi nunc requiescat,  
 Ni Cato pulvereus vita redeunte calescat.  
 Hierauf folgt, wie bei Oderico p. 93 und Archiv VIII,  
 539, aber da ohne die erste Zeile ('Scribo stilo tali de crimine  
 symoniali') das weit verbreitete, von mir, doch mit anderem  
 Eingang, im N. A. VI, 539 mitgetheilte Gedicht 'Undique  
 — retexet. Iam totam — catenas'. Statt Vers 16 steht hier:  
 'Hic pro denario fit virtus quisque reatus'. V. 33—59 fehlen,  
 folgen aber später abgesondert, wobei zu bemerken ist, dass  
 es V. 54 heisst: 'non operatur', und dass bei 'Idola nam tria'  
 ausdrücklich übergeschrieben ist 'figura thesisis'. Am Schluss  
 nach 'sanctificata' steht: 'bis repetitur versus iste', und in der  
 That findet er sich auch an der früheren Stelle vor v. 60.

Es folgen nun, wie in der Hs. von Saint-Omer (Arch.  
 VIII, 408), fol. 188' andere, vermuthlich auch von Petrus  
 pictor herrührende Verse, welche häufig vorkommen, s. Hau-  
 réau, Notices et Extraits de quelques mss. latins I, 80. Sie  
 lauten:

Tribus malis<sup>1</sup> agitur vita presens et gravatur,  
 Trina peste moribundus diu languet totus mundus.  
 Illa tria subnotavi, quam sint mala demonstravi  
 Exemplis preteritorum, corda firmans auditorum.

Omnibus asperior est hostibus, hostis egestas.  
 Hanc metuit pauper, tremit omnis in urbe potestas.  
 Tempus egestatis metuens mercator avarus  
 Ad varias merces se flectit, ad omnia gnarus.  
 Tempus egestatis fugiens in littore nauta,  
 Sulcat aquas pelagi, sibi querit opes rate cauta.  
 Multos a regno descendere fecit egestas,  
 Persuadere solet multis causas inhonestas.  
 Hec homines inopes, servos facit esse potentum . . .

1) 'modis' Hs.

Die Fortsetzung fehlt. Dann die schon S. 512, Z. 21 berücksichtigten Verse, darauf:

Anguibus ut lerna, viciis sic vita moderna  
 Pullulat, hesterna viciosior est hodierna,  
 Crastina cum veteris meliora forent hodiernis,  
 Nunc male, cras peius contingit habere modernis.

Hierauf ein harmloser Schwank:

Ad fora fert gallum mulier, querendo metallum,  
 Offert burgicolis pro tribus hunc obolis.  
 Illum vendendum quidam sibi querit emendum,  
 Cumque manu precium porrigit in medium.  
 Gallulus oblatam rapit inglutitque monetam<sup>1</sup>.  
 Illa negat gallum, contra petit ille metallum.  
 Pro dando precio lis datur in dubio.  
 Nam fit contendens vir emens et femina vendens:  
 Quis solvat precium, dicite iudicium.

Einige Sinnsprüche:

- Nobilitas quam non probitas regit atque tuetur,  
 Lapsa iacet nullique placet, quia parva videtur.  
 § Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus  
 Creditur a mille quamvis ydiota sit ille.  
 Si careat veste nec sit vestitus honeste,  
 Nullius est laudis, quamvis sciat omne quod audis.  
 § Cham ridet, dum nuda videt pudibunda parentis:  
 Iudei risere dei penam morientis.  
 § Res mala, res parca<sup>2</sup>; generosum non facit archa,  
 Non facit archa genus, nec saccus fenore plenus.  
 Cinge capud lauro, gemmis tege corpus et auro:  
 Aureus esto quidem, remanebis rusticus idem.  
 § Sis nescire pudens, quod honestum discere numquam.  
 § Nascimur ut simus, sumus ut pereamus, et imus  
 Illuc, unde sumus, quia terram terra subimus.

Auf fol. 189 folgen Klagen über ein hartnäckiges Fieber in der geschmacklosen Form eines ganz durchgehenden Endreims.

- Ut medici perhibent, mea febris in ossibus heret:  
 Non est inter eos is, qui me vivere speret.  
 Aeris humiditas nisi viscera sicca foveret  
 Vernaque temperies, mortem mora nulla teneret,  
 5 Nam calor interior magis exteriore caleret;  
 Sic epar et pulmo nichil humoris retineret.  
 Viveret Asclepius, quid<sup>3</sup> opis michi ferre valeret,  
 Aut Ypocras, aut si vel Apollo manus adhiberet?

1) Hier fehlt der Pentameter.  
 dass der Geiz eine böse Sache sei.

2) 'parta' Hs. Der Sinn ist wohl,  
 3) 'quis' Hs.

- Hoc peribet medicus, utinam falsum perhiberet  
 10 Et medicina fide de me mentita careret.  
 Lugent Pyerides et turba poetica meret.  
 Archades ingeminant luctus, lacrimisque maderet  
 Iupiter altitonans, si numina flere liceret.  
 Par foret ille feris aut plus feritatis haberet,  
 15 Qui siccis oculis me sic periisse videret,  
 Quem non ad lacrimas mortis modus iste moveret.  
 Sic in flore suo nisi musa sepulta iaceret,  
 Quantum Virgilio, tantum michi fama faveret,  
 Nec senium nomen nec livor edax aboleret,  
 Nullaque posteritas preconia nostra taceret.

- Flebilis hora redit, reditum fleo flebilis hore,  
 In cuius reditu febris incumbente calore,  
 Afficitur curis animus corpusque labore.  
 Vis perit interior, quia vi caret exteriore,  
 Singula membra iacent proprio viduata vigore.  
 Lux caligat, hebent aures, nec gaudet odore  
 Naris, et esca gulam non mitigat ulla sapore,  
 Privanturque manus tactu rerumque tenore.  
 Forma decens, roseo spectabilis ante decore,  
 Quam deformavit macies, fugiente rubore,  
 Posset spectantes subito turbare timore,  
 Et me terribili perterret bubo canore,  
 Et super humano strix visa dolere dolore,  
 Et quociens quovis solvuntur membra sopore,  
 Me terrent lemures aspersaque monstra cruore,  
 Et furie que corda movent humana furore,  
 Thesiphoneque minax et peior utraque sorore,  
 Verbera seva parat stigio perfusa liquore,  
 Et stigium carmen larvali personat ore,  
 Hirta comas vultuque ferox et opaca colore.  
 Verse auf einen Geizigen und verschiedene andere folgen:  
 Qui misere cenas, metuens violare crumenas,  
 Et tibi non parcis, marsupia dum nova farcis,  
 Nescis que servas, ad cuius opus coacervas.  
 Aurum quod nosti, servatur forsitan hosti,  
 Nec tecum tolles plenos rubigine folles.  
 § O regina poli, tibi supplex supplico soli,  
 Ut michi subvenias et celi ianua fias,  
 Que michi pandatur, dum presens vita negatur.  
 § Vellus rore madens, rubus ardens, virgula florens,  
 Signa fuere tui, que virgo deum genuisti.

Quam sit homo fragilis, quam carnis gloria vilis,  
 Ostendit finis, et caro facta cinis.

Rebus in humanis est gloria carnis inanis,  
 Labilis, exigua, proprietate sua,  
 Que licet ex more quovis ditetur honore,  
 Labitur ut fumus, deperit, et fit humus.  
 Rerum natura retinet sibi talia iura,  
 Ut quicquid genitum tendat ad interitum.  
 Ergo Raimundus, patribus claris oriundus,  
 Interiit genitus mole sub hac positus,  
 Pro requie cuius grex obsecret ordinis huius,  
 Ut requiem det ei gracia summa Dei.

Hierauf folgen die bekannten 'Sapientum proverbialia', zuletzt herausgegeben von Schenkl im Anhang zum Ausonius, Auctt. ant. V, 2, 246—250, und darauf fol. 189' vier Zeilen aus einer dem Seneca zugeschriebenen Sammlung von Sprüchen:

Annei Senecae proverbialia incipiunt.  
 Alienum est omne quicquid optando evenit.  
 Ab alio expectes, alteri quod feceris.  
 Animus vereri qui sic scit tuta ingredi (sic!).  
 Auxilia humilia firma consensus facit.

Dann Verse über die vier Temperamente, denen von einer Hand des 15. Jh.'s die Benennung beige geschrieben ist.

|                                                   |                |
|---------------------------------------------------|----------------|
| Larga manus, hilaris, ridens, rubeique coloris,   | } Sanguineus   |
| Cantans, carnosus, satis audax, atque benignus.   |                |
| Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax,      | } Colericus    |
| Astutus, gracilis, siccus, croceique coloris.     |                |
| Est sompnolentus, piger, et sputamine multus,     | } Fleumaticus  |
| Et hebes huic sensus, pinguis facie, color albus. |                |
| Invidus et tristis, cupidus, dextreque tenacis,   | } Melancolicus |
| Non expers fraudis, timidus, luteique coloris.    |                |

Hierauf folgen die Verse über das Schachspiel, wie Carmina Burana p. 246, doch ohne das letzte Distichon. Dann Verse, von denen sich einzelne im Anz. f. K. d. Vorzeit 1880, Sp. 138 und N. A. VI, 362 finden, aber nur hier der Gegensatz des Armen und des Reichen:

Dives ait: Si nobilitas mea magna, quid inde?  
 Si michi forma decens, et si generosa, quid inde?  
 Si rota fortune me tollat ad alta, quid inde?  
 Si probro de vero falsum racione, quid inde?  
 Si digna sobole michi spes preclara, quid inde?  
 Tam cito pretereunt hec omnia, quod nichil inde.  
 Pauper ait: Si pauperies mea magna, quid inde?  
 Si non primatum vocor ad secreta, quid inde?  
 Si deforme michi corpus, vis egra, quid inde?  
 Si michi prosapie spes dicitur ima, quid inde?  
 Si rea sors fuerit michi sepe sinistra, quid inde?  
 Si deus hec mutat, qui cuncta regit, nichil inde.

Nun die Verse der lat. Anthologie ed. Riese n. 796, aber im Anfang so verschieden, dass ich sie lieber ganz hersetze<sup>1</sup>:

Ad mensam Varus dives me forte vocavit:

Illic ornatus, parvula cena fuit.

Servili pompa decoratur mensa, ministri

Apponunt mense plurima, pauca gule.

Tunc ego: Non oculos, sed ventrem pascere veni;

Aut tu pone dapes, Vare, vel aufer opes.

Ebenso verhält es sich mit den von Riese II, Praef. p. XXX mitgetheilten Versen:

Olim dives eras, es nunc ex divite factus

Pauper; quid facit hoc? sola superfluitas.

Alea, Bacchus, amor meretricum, fecit egentem:

Hec tria non odis, semper egenus eris.

Unverständlich sind mir folgende Verse:

O victus parti per amena zebul duce sterti,

Tempore brumali custos tibi tineae tali.

Tu possessore forsitan marcescis in ore.

Post hec sis tutus, inventa clave solutus,

Plus quod ad unguenta valeas quam plura talenta.

Dann die häufig, doch immer mit kleinen Abweichungen vorkommenden Verse:

In cratere meo Thetis est coniuncta Lyeo;

Est dea iuncta deo, sed dea maior eo.

Nil valet hic vel ea, nisi quando sunt pharisea,

Nil duo: propterea sit deus absque dea.

Vgl. Anz. f. K. d. d. Vorzeit 1871, Sp. 373, Hauréau, Not. et Extr. XXIX, 2, 261. Dann:

Et prodest et obest nobis, meminisse malorum:

Si delectat, obest: prodest, si displicet horum.

Fol. 190:

Nexus ovem geminam per spinam ducit equinam,

Lesus surgit equus, pendet utrinque pecus,

Inque molendinum transportat pondus ovinum

Et spargendo focum se cremat atque locum.

Forma, genus, species, coniuravere potenter,

Ut facerent aliquod decoratum sufficienter,

Sic tamen, ut servant nature sobrietatem,

Nulla deesse sinant, nec adesse superfluitatem.

Cum natura genas fodit cinxitque decenter,

Cavit ne possent laudari sufficienter.

Maxillas ambas formavit easque polivit

Tantum tamque diu, donec nichil addere scivit.

Quid referam dentes? non possent equiperari,

1) Auch bei Ellis, S. 191.

Dedalus ex ebore non posset eos imitari.  
 Si studuisset in hoc solum per secula centum,  
 Non melius potuisset ei componere mentum.  
 Almificando superficiem totam faciei,  
 Imposuit plus dimidio de luce diei.

Dum fuit in mundo nec habundans pane secundo,  
 Potabat flumen; pultes, olus atque legumen,  
 Tunc cibus eius erant, nec eum satis ista replebant.  
 Post monachus factus, duos ut desinat actus,  
 Aer, terra, mare, non possunt hunc saciare,  
 Dumque petat potum, pincerna, sit hoc tibi notum:  
 Ad minus offer ei triplicis tria vasa lyei.  
 Völlig unverständlich sind mir wieder die folgenden Verse:  
 Non probo sicut homo, qui dicitur esse sophista,  
 Sed probo sicut homo, qui vere destruit ista.  
 Galo necis cisma fecit qui triste sophisma.  
 Non poteris igitur dicere: non sequitur  
 Dimidium sperere, speram cum principe Rome.  
 Exigit a cunctis Deus hoc baptismate tinctis.

Nil quondam scire viciū fuit, amodo virtus:  
 Nunc non est viciū preter habere nichil.

Burdonem sonipes generat commixtus asello,  
 Mulus ab Archadicis et equina matre creatus.  
 Titirus ex ovibus oritur, hircoque parente.  
 Musmonem capra<sup>1</sup> verveno semine gignit.  
 Apris atque suis setosum nascitur hibris.  
 At lupus et catula formant coeundo liciscam.  
 Nun folgen verschiedene Scheltverse auf die römische  
 Curie, lose aufgereiht, die sich einzeln häufig finden:  
 Roma capud mundi tenet orbis frena rotundi.  
 Romam vexat adhuc amor immoderatus habendi,  
 Quem non extinguet nisi iudicis ira tremendi.  
 Roma manus rodit, quas rodere non valet odit:  
 Iam venit ad Rodanum rodere Roma manum.  
 Dantes exaudit, non dantibus hostia claudit.  
 Omnipotens Marcus Romanos conterat arcus,  
 Adveniente Luca fiunt decreta caduca.  
 Dann ein längeres Gedicht derselben Art:  
 Dum male Roma tuos et amicos rodīs et hostes,  
 Si tua non miror menia celsa ruunt.  
 Cum ratio moneat, quod amicus parcat amico,  
 In te, Roma, tuus spem nec amicus habet.

1) 'capram' Hs. Ueber 'verveno' steht 'id est ariete'.

- 5 Vulva vel infernus tibi possunt assimilari,  
 Quorum compescit copia nulla famem.  
 Sepe potestatis Romane vasa sacrata  
 Frangit avara manus excoriatque cruces.  
 Iudicium iustum, sed et ecclesiastica iura,  
 10 Que prohibet vendi, vendere Roma solet.  
 Penas, Roma, lues plus Symone plusque Nerone,  
 Simone plus Simon, plusque Nerone Nero.  
 Quid mulcere potest nisi sola pecunia Romam:  
 Imperat omne nephas munere plena manus.  
 § Presulis Albini vel martiris ossa Rufini  
 Rome quisquis<sup>1</sup> habet, vertere cuncta valet.

Ueber das letzte, schon von Berthold von Zwifalten angeführte Distichon s. Anz. 1873, Sp. 100. Es steht auch in der Hs. von Saint-Omer, Arch. VIII, 409. Darauf folgt nun ein Weihnachtslied:

Exultantes in partu virginis,  
 quo peccatum deletur hominis,  
 ad honorem superni luminis  
 Gaudeamus.

Facta parens non viri coitu,  
 virgo parit, sed sine gemitu,  
 quem<sup>2</sup> concepit de sancto spiritu.  
 Gaudeamus.

Cum Deus est sine principio,  
 factus homo patris imperio,  
 nos de luctu duxit in gaudio.  
 Gaudeamus.

Stella solem concepit, peperit,  
 sol descendens alta non deserit,  
 nil pudoris in partu deperit.  
 Gaudeamus.

Virgo florem produxit hodie,  
 quo pascuntur filii gracie,  
 per quem viget status ecclesie.  
 Gaudeamus.

Es folgt noch ein Hymnus:

Syon plaude, duc choreas, precine sodalibus,  
 Strepent pedes, eant manus, nec sit modus gestibus,  
 Tuus David timpanizat, et se portat manibus:  
 Sic rex Achis incantatur, captus novis fraudibus.  
 David Christus, Achis demon, Syon est ecclesia:  
 Timpanistes fuit Christus, dum sacrat ieiunia,  
 Sese portat dum in cena suis datur hostia,

---

1) 'quicquid' Hs. Es folgt noch der unverständliche Pentameter 'Roma tibi subige legibus ibit amor' und auf dem letzten Blatt saec. XV. 'Roma tibi subito motibus ibit amor'. 2) 'quam' Hs.

Hostis unde spoliatur, Syon habet spolia.  
 Hic est David, qui prostravit Philisteum lapide:  
 Conlaudantur, gloriantur turbe prius pavide,  
 Solus reus rex Hebreus, Saul fuit invidie,  
 Placat illum intranquillum pius pater ydide (sic!).

Dann über den Propheten Elias:

- Helyam pia facta pium super ethra vocabant,  
 De terris etenim Iezabel iussa fugabant,  
 Quem quia regine terrores angariabant,  
 Aer suscepit, cui terre stare negabant.  
 5 Illum cui cuncti penas mortemque parabant,  
 Igniti currus ad summa repente levabant.  
 At pueri, Sathane stimuli quos exagitabant:  
 'Calve senex, ascende, senex, ascende!' sonabant.  
 Dumque viro sancto ridentes improperabant,  
 10 Ursi presiliunt, et eorum membra vorabant.  
 Hec auditorum possunt satis edificare,  
 Scilicet ut sanctis nullus velit improperare.  
 Helyas Deus est, qui natus de muliere,  
 Factus sub lege, venit mala nostra videre.  
 15 Vidit et ipse tulit, sed Iezabel synagoga,  
 Que fore debuerat quasi nutrix et pedagoga,  
 Utque calix acidus, quasi grossus, et uva nociva,  
 Est adacerbata tamquam silvestris oliva.  
 At pueri sunt hii, qui stulticia puerili  
 20 Illudere Deum condempnantes nece vili.  
 Ast ursi gemini, Titus cum Vespasiano,  
 Retribuere quidem populo mala digna prophano.

Fol. 190' die 3 Distichen über die 3 Messen am Weihnachtstag, welche vielleicht von Hildebert sind (Beaug. p. 1155), s. Hauréau, Mél. p. 95—101. Dann 2 Zeilen über den Einzug in Jerusalem, welche die Unterschrift eines Bildes zu sein scheinen:

Pallia sternentes, ramos palmasque ferentes,  
 Ad regem vite properant Hisraelemite<sup>1</sup>.

Hierauf folgt das schon von Dümmler in der Zs. f. d. Alt. XXII, 256 nach einer Abschrift Liebermann's e cod. Bodl. 86 mitgetheilte, hier aber abweichend und ohne Lücke erhaltene Gedicht:

- Quam pravus mos est pueros preferre puellis,  
 Cum sit nature veneris mos iste rebellis!  
 Si patribus nostris veneris modus hic placuisset,  
 Illis extinctis successio nulla fuisset;  
 5 In sterili terra semen radice careret,  
 Nec faceret fructum, sed semper inane iaceret.

1) So statt 'Iherusalemite'.

Exsecrat et refugit sceleratos bestia tactus:  
 Hos probat et sequitur homo plus quam bestia factus.  
 Res ratione carens, legi rationis obedit,

10 Res rationalis procul a ratione recedit.

Omne quidem viciū Deus, hoc specialiter odit,  
 Quod bene si dubites Sodome destructio prodit.  
 Nam scelus ulciscens super illam sulphur et ignis  
 Compluit, exciis<sup>1</sup> periit gens pessima dignis.

15 Hoc viciū quicumque tenent, aut nunc<sup>2</sup> resipiscant,  
 Aut se dampnandos flammis et sulphure discant.

Dann verschiedene andere Stücke:

Omnia depereunt, fugitivaque labitur etas,  
 Et non est hominis, vite transcurrere metas.  
 Ergo si moritur, qui<sup>3</sup> nascitur ad moriendum,  
 Quam natura vehit non est de morte dolendum.

§ Si probitas et nobilitas, et forma decora  
 Proficerent, ut protegerent nos mortis ab hora,  
 Inter eos reputare meos annos ego possem,  
 Quos vitam sine fine suam producere nossem.

5 Sed probitas nec nobilitas nec forma decora  
 Proficiunt, nec excipiunt nos mortis ab hora.  
 Defugiunt et deficiunt que grata videntur,  
 Evanent, neque fixa manent, neque semper habentur.  
 Mors reges inopumque greges pede conterit equo:

10 Cuncta rapit, cunctosque capit fera turbine ceco.  
 Nos ideo servire Deo prompte studeamus,  
 Ut per eum nos ethereum regnum capiamus.  
 Ipse suis vitam famulis dat fine carentem,  
 Hiis etiam dat leticiam non deficientem.

§ Recte revera meretrix est dicta chimera:  
 Parte leo prima, medio caper, anguis ad yma.  
 Non se tractari, non se pacietur amari,  
 Si careat donis; ideo pars prima leonis  
 Non te delectet, medio caper est, quia fetet,  
 Anguis ad extremum, quia devorat omnia demum.

§ Vermis, humus, cineresque sumus, quid homo nisi  
 [fumus?

Vita brevis, nec culpa levis, que durat in evis.

Dann die Spottverse auf den Ligurer 'Vulpe—pavens',  
 wie bei Hauréau, Mél. p. 189, welcher sie mit Recht Hilde-  
 bert abspricht, auch bei Ellis S. 191. Dann wieder Verse,  
 welche Unterschriften zu Gemälden zu sein scheinen:

Res miranda nimis, si confers ultima primis:  
 Filius ipse pater, eadem quoque filia mater.

1) 'exciciis' Hs.

2) 'non' Hs.

3) 'quis' Hs.

§ Hic ego pernocto sex annis et quater octo,  
Nec iuvor introitu: 'Surgens lectum fer, et i tu'<sup>1</sup>.

Hierauf Liebesgedichte:

Virgo decora, michi cum sis nova causa doloris,  
Virgo decora, michi sis consolamen amoris,  
Virgo decora, michi facilis precor esto precanti,  
Virgo decora, michi peto des medicamen amanti.

5 Regia res, miserere mei, michi compaciendo,  
Regia res, miserere mei, mala nostra videndo.

Regia res, miserere mei, quem sola peruris,  
Regia res, miserere mei, qui defluo curis.

Iam morietur amans, cum tot mala ferre gravetur,

10 Iam morietur amans, nisi te solante levetur,  
Iam morietur amans, quem cura diurna fatigit<sup>2</sup>.  
Iam morietur amans, cum me venus improba figit.

§ Littera vade cito, cito iam quod amamus adito,  
Littera vade precor, non est hic transitus equor<sup>3</sup>,  
Non iter est longum, non est timor inter eundum.  
Tutus eat lator, nullus latet insidiator.

5 Littera, festines nostros excedere fines,  
Nec faciendo moras domine properabis<sup>4</sup> ad oras.  
Tu melius Geta sapis interferre secreta.

Abdita que celas, cui scis revelanda revelas.  
Credita dum tradis, nichil aufers, et nichil addis.

10 Ut quid agam dicas, aures pulsabis amicas:  
Cetera que mando, refer illi consiliando,  
Cum te tractabit, cum solverit atque ligabit,  
Cum tibi labra dabit, cum basia multiplicabit.  
Cum<sup>5</sup> tibi ridebit, cum te sinus eius habebit.

15 O utinam fieret, si me sinus eius haberet,  
Si michi labra daret, sic basia multiplicaret,  
Sic michi rideret, sic me sinus eius haberet!

§ Fidus amicus here mandat sine fine valere,  
Vivere, letari, felici laude beari.

Quantum precellas iusta ratione puellas,  
Dicere quis poterit? minime mea lingua silebit.

5 Sola meorum dulcis amorum fomes aveto!  
Flos paradisi, que tibi misi scripta teneto.  
Te ditat, te nobilitat series proavorum,  
Magnificant te, glorificant insignia morum.  
Dilexi plures, sed te solam super omnes,

10 Vultus candore quoniam cunctas et amore  
Tu superare soles. Est et tibi regia proles.

1) Ev. Joh. 5, 5. 8.

2) Verbessert vom Schreiber selbst statt

'fatigat', dem Reim zu Liebe.

3) D. h. das Meer.

4) 'probabis' Hs.

5) Hier beginnt fol. 191.

- Pulcher et ornatus, color optimus et michi gratus.  
 Nigra supercilia, sunt et tua lumina clara.  
 Te melior nulla, quia semper eras pudibunda,  
 15 Semper iocunda, faciesque tibi rubicunda,  
 Et nimis alba cutis, virtus quoque magna salutis,  
 Et fuerant illi longi satis ecce capilli,  
 Atque tibi gestus, gressus quoque semper honestus.  
 Nobilior visu numquam fuerat, neque risu,  
 20 Nec tam formosa, mitis fuit, atque iocosa.  
 Ergo laudavi te pre cunctis et amavi.  
 Ast homines multi mendaces, et quia stulti,  
 Nostro tam dulci simul insidiantur amori,  
 Nuncque minorare moliantur et adnichilare.  
 25 Ergo resiste malis, res non est exicalis<sup>1</sup>. —  
 Dulcis amor, dulcisque labor! scio, iam tibi trador,  
 Iam michi, iam deditum, nec non in amore peritum,  
 Diligo te solum, pre cunctis tam speciosum.  
 Semper laudabo michi iunctum, semper amabo  
 Corde meo, quia te video, nec amare valebo  
 Te nisi solum, gemma bonorum, flos quoque florum.

Von den folgenden Versen ist der Anfang aus Cod. Mon. lat. 19488 in den SB. d. Münch. Ak. 1873, S. 707, ebenso viele, doch abweichend, von Novati in den Carmina medii aevi (Firenze 1883) S. 25 herausgegeben:

- |                               |                              |                                            |
|-------------------------------|------------------------------|--------------------------------------------|
| Quid <sup>2</sup> queror      | edam <sup>3</sup> :femina    | quedam me male <sup>4</sup> ledit,         |
| Ut michi primo                | visa <sup>5</sup> sub ymo    | corde resedit.                             |
| Quis color illi,              | quive <sup>6</sup> capilli,  | quidve <sup>6</sup> decoris <sup>7</sup> . |
| Nil ibi pravi,                | queque notavi                | tela furoris.                              |
| 5 Sunt bona visu,             | congrua risu,                | virginis ora:                              |
| Vultus honestus               | commovet estus,              | voxque canora <sup>8</sup>                 |
| Pectora <sup>9</sup> mollit,  | me michi tollit              | virgo decora;                              |
| Trador amori,                 | iamque furori                | prebeo lora.                               |
| Quanta furentis               | vulnera mentis,              | quisve sit ignis,                          |
| 10 Rebus apertis              | et bene <sup>10</sup> certis | indico signis <sup>11</sup> .              |
| Sed quia <sup>12</sup> captum | lusibus aptum                | callida cernit,                            |
| Splendida cultu,              | florida vultu,               | me male spernit.                           |
| Forma <sup>13</sup> puelle,   | lux nova stelle,             | flosque rosarum,                           |
| Pectora fellis                | plena procellis              | intus amarum.                              |

1) 'exilialis'. Hier scheint die Antwort anzufangen, welche nicht bezeichnet ist. 2) 'Quae' M. 3) 'Adam' N. 4) 'mala' N. 5) 'corde' R. 6) 'quisve' R. 7) 'quis decor oris' M. 8) 'sonora' N. 9) Dieser Vers fehlt M. 10) 'quoque' N. 11) Hier hört M. auf. 12) 'quando' N. 13) In N. lauten diese letzten Verse: 'Sed medicinam credo rapinam, vique tenere, Cum nec amando nec mea dando fecit habere'.

Auch von den folgenden Versen stehen in der oben genannten Münchener Hs. nur die sechs ersten Verse:

Sicut cera fluit subito percussa calore,  
 Sic fluit in lacrimas iuvenis percussus amore.  
 Ignis ut incendit et devorat arida ligna,  
 Sic iuvenem mulier circumvenit arte maligna.

5 Ligna movent flammās, et ab ipsis incinerantur:

Sic Venus urit eos, qui semper ei famulantur.  
 Sed monitis, captive, meis si credulus esses,  
 De puteo iam sulphureo revocabilis esses,  
 Sicut Ulixes eos celebri virtute redemit,

10 Quos illi species et dulcis cantus ademit.

Sicut flamma cadit subductis undique lignis,  
 Aufer amatores, Veneris sic corrueat ignis.

Multos in cineres amor impulit iste prophanus:  
 Aufer amicicias, si vis requiescere sanus.

15 Sed si sanus eris, si forte loqueris ad illam,

In flammam poteris tenuem sufflare favillam,  
 Et novus ardor erit iam peior flamma priore,  
 Nec levis est reditus de tartarea regione.

Hec tibi sufficiant, non omnia sunt memoranda:

20 Si minus est aliquid, cum tempus erit, michi manda.

Nun folgt noch allerlei in buntem Wechsel:

Qui spiras ubi vis, sanctus michi spiritus adsis,  
 Aspirans votis, qui sensum das ydiotis.

§ Quanto maiores mundi sunt huius honores,  
 Tanto maiores procedunt inde labores.

Dann die 5 Hexameter von Hildebert de mutatione locorum in missa: 'Est ratio, cur — fideles' (Beaug. p. 1149, Migne 171, 1192), vgl. Hauréau, Mél. p. 151. Ferner verschiedene Sprüche, besonders auch gegen die Weiber, welche häufig vorkommen:

Iudice me fas est fraudem depellere fraude.

Fallere fallentem non est fraus, fraude carentem

Fallere non est laus, immo si fallitur, est fraus.

§ Sub facie tincta macie, sub simplice veste  
 Sunt hodie fraus, insidie, mentes inhoneste.

§ Quislibet ypocrita specietenus est heremita,  
 Mente tamen tacita latet anguis habens aconita.

§ Femina res fragilis, res subdola, res puerilis,  
 Est pluvie similis: optata diu, cito vilis.

§ Femina dulce malum, rosa fetens, dulce venenum,  
 Semper prona rei, que prohibetur ei.

Femina fallere falsa que dicere quando cavebit,  
 Secana piscibus et mare fluctibus ante carebit.

§ Vina bibat mane, cerebrum qui portat inane,  
 Quem percussit heri copia multa meri.

§ Sero michi potus nocuit; si mane resumo  
Potum, potus erit Peleas hasta michi.

§ Hic loquitur lupo ad agnum, habens habitum monachalem, hoc modo:

Frater cur metuis, olim de iure timebas,  
Sed modo cur metuas, regula nostra vetat.

Agnus ita respondit ei:

Ut tibi credatur geris, Ysingrine, cucullam,  
Set licet ante parum, nunc tibi credo minus.

§ Qui plus expendit quam lucri summa rependit,  
Non admiretur, si paupertate gravetur.

§ Hic<sup>1</sup> situle pendent patule, quarum vice versa  
Retrogradum facit una gradum, redit altera mersa.

§ Cum factor rerum privasset semine clerum,  
Ad Sathane votum successit turba nepotum.

§ Virgo mater habe regalia, quam sine labe  
Criminis inveni, cum perditā querere veni

§ O stirpe Davitica, virgo tu florifica, flore nos letifica,  
quo non defloraris.

O prole mirifica, pudore magnifica, flore nos vivifica,  
quo tu recrearis.

O flore benifica, lilio tu celica rosa florem applica,  
quem flos specularis,

Videns admiraris, virgo saciaris, apparenste gloria,  
o Maria.

Dann auf dem letzten Blatt:

Legem quam tuleris, de iure tenere teneris,  
Quam si distuleris, iure Perillus<sup>2</sup> eris.

§ Absit ut hoc credam, quod pars sit putrida quedam  
Ventris virginei, qui fuit aula Dei.

Dann altfranzösisch:

Tant com ie sou avoir do, das, un courtos verbe,  
Dont ou ie plus damis que nait despis en gerbe,  
Mais or sui pouvres hom, ce mont chacie a lerbe.

Ovides nos en dist un mout courtois proverbe:

Cum fueris felix, multos numerabis amicos;

Tempora si fuerint nubila, solus eris.

§ Nolo nolam portet meretrix collo, nec oportet:  
Noscitur absque nola meretrix ab ymagine sola.

§ O vos non vobis vellera fertis, oves,

O vos non vobis mellificatis, apes,

O vos non vobis fertis aratra boves.

Hierauf Verse von einem Meister Girard zu Ehren  
eines Bischofs Philipp; ich weiss nicht, ob an den Bischof

1) Hier beginnt fol. 191'. 2) Der Künstler des Stieres des Phalaris.

Philipp von Châlons zu denken ist (1228—1237), denn dieser war ein Sohn des Kämmerers Ursus und von einer 'stirps imperialis' keine Rede.

Hos versus inferius scriptos fecit magister Girardus pro episcopo Philippo.

Pauperibus prona, regali digna corona,  
Felix persona, felicia sunt tua dona.  
Largus, legalis, pulcher, mitis, genialis,  
Et quod sis talis, stirps exigit imperialis.

5 Pro te, vir clare, Nicholaus, Petrus et are  
Debent orare, dum servit quilibet are.

Hiis tribus oblata pro Cristo veste beata  
Et bene pennata, tua laus est magnificata.  
Ad sedes letas eterna pace quietas

10 Te ducet pietas, ubi finem nesciet etas.

§ Ter quinquagenos David canit ordine psalmos,  
Versus bis mille, sex centum, sex canit ille.

§ Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,  
Hanc mensam indignam noverit esse sui.

§ Cui succedere tot prospera, totque fuere  
Gaudia mundana, iacet hic, monstrans ea vana.

§ Sacrum pingue dabo, nec macrum sacrificabo.

Hoc Abel dixit.

Sacrificabo macrum, nec dabo pingue sacrum.

Hoc Caym dixit.

Auf der letzten Seite:

Iaspis, saphirus, calcedonius, smaragdus,  
Sardonix, sardus, crisolitus, berillus,  
Thopacius, grisoprassus, iacintus et ametistus.

Dann die häufig vorkommenden, auch mit anderen verbundenen Verse vom Glücksrade (vgl. Hauréau, Mél. p. 112):

Glorior elatus descendo minorificatus,

Infimus axe terror, rursus ad astra feror.

§ Eximia est virtus, prestare silencia rebus,  
At contra gravis est culpa, tacenda loqui.

§ Qui mea fraude sua bona detrahit, abrogat ille.  
Quisquis dat, quod ei non competit, arrogat ille.  
Qui sua pauperibus communicat, erogat ille.  
Qui meritis alios precellit, prerogat ille.

Quisque reis infert cruciatus, irrogat ille.

Qui petit a multis stipendia, corrogat ille.

Qui sua seque cupit pretendi, prorogat ille.

Qui subconstituit alium, sibi subrogat ille.

Qui sibi de dubiis<sup>1</sup>, interrogat ille.

Qui decus alterius dissolvit, conrogat ille.

1) Es fehlt ein Wort.

- § Castratos natura facit, violenta spadones  
 Efficit improbitas, eunuchos sola voluntas.  
 § Urbs generosa situ, tot donis inclita, si tu  
 Mutares gentem, rationis, honoris egentem! — Tullum.  
 Te situs extollit, quod dat situs, in colatollit.  
 § In sene seu iuvene si vene sanguine plene,  
 Omni mense bene confert incisio vene.  
 § Orbis miratur cur perfida Theuthonicatur  
 Anglia, caudatur Alemannia<sup>1</sup>, dum decoratur,  
 Anglicus in regem: necat hec coniunctio legem.

Hierauf einige Glossen:

- I. go. va. gout. bone. bon. hom. vir. man.  
 Accipe. niem. prent.  
 § Nos aper auditu, lins visu, simea gustu,  
 Vultur odoratu, precellit aranea tactu.  
 § Nini Semiramis, que tanto coniuge felix  
 Plurima possedit, sed plura prioribus addit,  
 Non contenta suis, nec totis viribus orbis,  
 Expulit a patrio privignum<sup>2</sup> Trebetha regno,  
 Profugus insignem nostram qui condidit urbem.  
 id est Treverim.

Dann folgt noch eine Jahresrechnung von Adam bis auf Christus, und auf dem unteren Rande steht:

Vulpes dixit ad ciconiam, que abstraxerat os de gutture suo,  
 et ipsa petebat ab eo aliquod munus:

(Omne?) tuum potui morsu precindere collum:

(Grande?) tibi munus sit tua vita tuum.

§ Ascribunt metas veneri morbus, labor, etas.

Sed nequit ascribi meta, libido, tibi.

1) Mit Anspielung auf den Spott von den geschwänzten Engländern;  
 vgl. Anz. f. Kunde d. d. Vorzeit 24, 247. 2) 'privinum' Hs.